



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 30. Obstacula a Legato proposita.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

Sæcul. XV. nominatum, ac denique pro loco futuri
 A.C. 1437. Concilii Basileam, Avenionem vel Sabaudiam destinatum.

§. XXX.

Obstacula a Legato proposita.

Joannes de harum urbium electione per quibus conquestus respondet, Græcos ob adversam corporis valetudinem, quos plures Prælati gravi senio pressi laborarent, mari Siculo se committere non posse. Verum dictis facta non confutatus eventus docuit; Nam Græci accepto Constantinopoli nuntio, quod pro eorum comodo Genuæ ac Pisis triremes construerebantur, ingenti afficiebantur gaudio cum tamen has naves Constantinopoli nisi mare Siculum transirent, appellere non posse, perbene cognoscerent. Præterea subjungebat Legatus, Græcos quidem pro loco Concilii proposuisse Sabaudiam; Basileenses vero non alias enumerasse urbes, quam quibus Sabaudia intra Italiam imperaret. Hoc itidem inquit Panormitanus, manifeste falsum est, cum conventio disertis verbis exprimeret, quod extra Italiam vel Budam Hungaria, vel Vienna in Austria, vel Sabaudia eligeretur: quo tenore Sabaudiam speciatim inter urbes extra Italiam sitas numeratam fuisse constat.

*Panorm. de
 Concil. Basil.*

insuper non minus frivolum proposuit du-
 bium, nimirum, quod summum Pontifi-
 cem in propria Persona Synodo præfide-
 re, omnino necessarium esset; cum ta-
 men in concordia cum Græcis erecta cla-
 ris verbis legeretur, Pontifici, vel per se,
 vel per suos Legatos Concilio interveni-
 re, liberum esse. Ex his de ore Le-
 gati perceptis, plures firmiter sibi persua-
 sum habebant, hunc data opera dissol-
 vendæ unionis ansam aucupari voluisse,
 aut verba ex aliorum suggestu concepta
 eo consilio sua fecisse, ut Græcis specio-
 sum a conventionis fide recedendi ob-
 tentum suppeditaret; cuncta enim, quæ
 allegaverat, omnino conventorum arti-
 culis opponebantur.

§. XXXI.

Legati dicta a Synodo flocci habita.

Synodus, quod res erat, suspicata eo-
 rum, quæ Legatus exposuerat, nullam
 habuit rationem. ea potissimum ex causa,
 quod Legatus demandatæ sibi provinciæ
 fidem suspectam reddidisset, cum non nisi
 simplici mandantis epistola munitus com-
 paruisset. Nihilominus ille ore ac cala-
 mo auctoritatem suam, ac dictorum fi-
 dem vindicare conatus est, & die quar-
 ta Februarii satis prolixam, ac latino ser-
 mone conceptam apologiam edidit. Sy-

R 2

nodi

Sæcul. XV.
 A.C. 1437.